Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



blasphemiam turpem sermonē de ore vō ue
ni fuerit: Nolite mentiri invicem: expoliantes
vos veterem hoīem cū actibus suis: et
induentes novū eum qui renovatur in agni
tionem secundum ymaginem eius qui cre
avit eum: ubi non est gentilis et iudeus: cir
cumcisio et prepucium: et barbarus et scyta
seruus et liber: sed omnia et in oībus xps.
qui est benedictus in secla seculorum amen Matthēi
Ait Dixit d.v.d.s. Nolite putare: quō
veni soluere legem aut phetas Non veni
soluere sed adimplere Amen quippe dico
vobis: donec transeat celum et terra iota
vnum: aut vnus apex non preteribit a lege
donec omnia fiant Qui vero soluerit vnum
de mandatis istis minimis: et docuerit sic
homines: minimus vocabitur in regno ce
lorum Qui autem fecerit et docuerit: hic
magnus vocabitur in regno celorum Feria
Fres Abraham credidit vj. ad Galat
deo: et reputatum est illi ad iusticiam
Cognoscite ergo: quia qui ex fide sunt hi sunt
filij abrahe Providens autem scriptura qua
ex fide iustificat gentes deus: prenunciauit
abrahe: quia benedicentur in te omnes gen
tes Igitur qui ex fide sunt: benedicentur
cum fideli abraham Quicunque enim ex operibus
legis sunt: sub maledicto sunt Scriptum est
enim Maledictus est omnis qui non permanserit
in omnibus que scripta sunt in libro le
gis: ut faciat ea Quia autem in lege nemo